**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Homiliae et sermones de tempore - Cod. Aug. perg. 15

**[S.l.], [9. Jh.]**

Sanctus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20220

Visual Library

iterum erant discipuli eius intus. &
thomas cum eis. uenit ihs ianuis clausis
& stetit in medio & dixit. pax uobis. de
inde dicit thome. infer digitū tuum huc.
& uide manus meas. & affer manum tuā
& mitte in latus meum. & noli esse incre
dulus sed fidelis. respondit thomas & dix
ei. dns meus & ds meus. uidebat. tange
bat que hominem. & confitebatur dm̄.
quem non uidebat neque tangebat.
sed ppt̄ hoc quod uidebat atque tangebat.
illud iam remota dubitatione credebat.
dicit ei ihs. quia uidisti me credidisti.
non ait. tetigisti me. sed uidisti me.
qnm generalis quodammodo sensus ē
uisus. nam & per alios quattuor sen
sus nominari sol&. uelut cum dicimus.
audi & uide quam bene son&. olfac &
uide quā bene oleat. gusta & uide quā
bene sapiat. tange & uide quā bene caleat.
ubique sonuit. uide cum uisus proprie
non neg&ur ad oculos pertinere. unde
hic ipse dns. In fer inquit digitū tuū & uide
manus meas. quid aliud ait quā tange
& uide. nec tamen oculos ille habebat
in digito. ergo siue intuendo siue &iā
tangendo. quia uidisti me inquit credi
disti. quāuis dici possit. ita n̄ ausum
fuisse discipulū tangere. cum se offerr&
ille ad tangendum. non enim scriptū est.
& tetigit thomas. sed uide. Aspicien
dotantū siue & iam tangendo
uiderit & crediderit. s& illud quod sequit
magis gentium fidem predicat
atque commendat. beati qui non uider̄
& crediderunt. praeteriti tempo
ris usus est uerbis. tamquam ille.
qui quod erat futurum. in sua nouerat
praedistinatione iam factum. sed iā
sermo iste prolixitate cohibendus ē.
donabit dns. ut de his quae restant alias
disputemus. DOM OCTAB PASCHAE

## LECTIO SCI EUANGELII SECD IOH

IN illo temp. thomas unus de duodecī
qui dicitur didimus non erat cū eis
quando uenit ihs. dixerunt ergo ei
alii discipuli uidimus dnm. & reliqua

## OMELIA LECTIONIS EIUSDEM SCI GREGORII PAPE.

PRima lectionis huius euangelice
questio animū pulsat. quomodo post
resurrectionem. corpus dominicum ue
rum fuit quod clausis ianuis ad disci
pulos ingredi potuit. sed sciendum nob
est quod diuina operatio si ratione
conprachenditur. non est ammira
bilis. Nec fides hab& meritum. cui
humana ratio praeb& experimentū. sed hec
ipsa redemptoris nri opera quae & se
m& ipsis conprehendi nequaquam
possunt. ex alia eius operatione pen
sanda sunt. ut rebus mirabilibus

Quinq; claues sapientię s͞t. prima clauis ē cottidiana lectio. sc͞da clauis ē assidua meditatio. Tertia clauis ē.
frequens iterrogatio. iiiiª clauis ē memorię retinendi. vª clauis ē timor et honor magistri.

fidem praeberent facta mirabiliora; illud
enim corpus d͞ni intrauit ad discipu
los ianuis clausis. quod uidelicet
ad humanos oculos per natiuitatem
suam clauso exiit utero uirginis;
quid ergo mirum si clausis ianuis post
resurrectionem suam in aeternum iam
uicturus intrauit. qui moriturus ueni
ens non aperto utero uirginis
exiuit; sed quia ad illud corpus quod
uideri poterat. fides intuentium du
bitabat. ostendit eis protinus manus
et latus; palpandā carnem praebuit
quam clausis ianuis introduxit; qua
in re duo mira et iuxta humanam ra
tionem sibi ualde contraria ostendit.
dum post resurrectionem corpus
suum. et incorruptibile. et tamen
palpabile demonstrauit; Nā̄ et cor
rumpi necesse est quod palpatur.
et palpari non potest quod non cor
rumpitur; sed miro modo atque
inaestimabili. redemptor noster et
incorruptibile post resurrectionem.
et palpabile corpus exhibuit.
ut monstrando incorruptibile. in
uitaret ad praemium. praebendo
palpabile. formaret ad fidem; et
incorruptibilem se ergo et palpabi
lem demonstrauit. ut p̄ f&to
esse post resurrectionem osten

deret corpus suum. et eiusdem naturę
et alterius gloriae; dicit eis pax uobis.
sicut misit me pater et ego mitto uos;
pater filium misit. qui hunc pro redemptio
ne generis humani incarnari consti
tuit; quem uidelicet in mundo uenire
ad passionem uoluit. sed tamen ama
uit filium quem ad passionem misit;
electos uero apostolos d͞ns non ad mun
di gaudia. sed sicut ipse missus est
ad passiones in mundum mittit. quia
ergo et filius amatur a patre. et tamen
ad passionem mittitur. ita et dis
cipuli amantur a d͞no. qui tamen ad
passionem mittuntur in mundo; Itaq;
dicitur; sicut misit me pater. et ego
mitto uos. id est ea uos caritate diligo
cum inter scandala persecutorum mit
to. qua me caritate pater diligit.
quem uenire ad toleranda passiones fec;
quamuis mitti etiam iuxta naturā
diuinitatis possit intellegi; eo enī ipso
a patre filius mitti dicitur. quo a patre
generatur; Nā̄ et sp̄m quoque sp̄m qui
cum sit coequalis patri et filio. non
tamen incarnatus est. isdem se filius mit
tere perhibet dicens; cum uenerit
paraclitus quem ego mittam uob̄ a patre;
si enim mitti solummodo incarnari de
beret intellegi. sc̄s p̄ culdubio sp̄s.
nullo modo diceretur mitti. qui ne

quamquam incarnatus est, sed eius missio ipsa processio est qua de patre procedit et filio. Sicut itaque spiritus mitti dicitur quia procedit, ita et filius non incongrue mitti dicitur quia generatur. Hoc cum dixisset, insufflauit et dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quaerendum nobis est quidem quod spiritum sanctum dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel caelo praesidens. Neque enim alio in loco datus spiritus sanctus aperte monstratur, nisi nunc cum per insufflationem percipitur, et postmodum cum de caelo ueniens in linguis uariis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de caelo mittitur, nisi quod duo sunt praecepta caritatis, dilectio uidelicet dei et dilectio proximi? In terra datur spiritus ut diligatur proximus; e caelo datur spiritus ut diligatur deus. Sicut ergo una est caritas et duo praecepta, ita unus spiritus et duo data: prius a consistente domino in terra, postmodum e caelo, quia in proximi amore discitur qualiter peruenire debeat ad amorem dei. Unde idem Iohannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet quomodo potest diligere? Et ante quidem discipulorum mentibus idem spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde et scriptum est: Nondum

erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Unde et etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra et oleum de firma petra. Neque enim quicquam tale iuxta historiam legitur, si tota testamenti ueteris series recenseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia iuxta Pauli uocem petra erat Christus, mel de petra suxerunt qui eiusdem redemptoris nostri facta et miracula uiderunt; oleum uero de firma petra suxerunt, qui effusione sancti spiritus post resurrectionem eius ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit, quando adhuc mortalis dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit; sed firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem suam factus iam inpassibilis, per afflationem spiritus donum sanctae unctionis emanauit. De hoc oleo per prophetam dicitur: Conputrescit iugum a facie olei. Sub iugo quippe tenebamur demonicae dominationis, sed uncti sumus oleo spiritus sancti, et quia nos gratia libertatis unxit, dominationis demonicae iugum putruit, Paulo attestante qui ait: Ubi spiritus domini, ibi libertas. Sciendum uero est quod hi qui prius spiritum sanctum habuerunt, ut et ipsi innocenter uiuerent et praedicatione

quibusdam praeferrent. idcirco hunc post
resurrectionem domini patenter acceperunt.
ut prodesse non paucis sed pluribus pos
sent; unde et in hac ipsa donatione spiritus dicitur;
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. et quorum retinueritis retenta sunt;
libet intueri illi discipuli ad tanta onera
humilitatis uocati. ad quantum culmen
gloriae sint perducti; ecce non solum
de semet ipsis securi fiunt. sed etiam ali
enae obligationis. potestatem relaxati
onis accipiunt; principatum superni
iudicii sortiuntur. ut uice dei quibusdam
peccata retineant. quibusdam relaxent;
sic sic eos a deo decebat erigi. qui tantum
pro deo consenserant humiliari; ecce
qui districtum dei iudicium metuunt ani
marum iudices fiunt; et alios damnant
uel liberant. qui semet ipsos damnari
metuebant; horum profecto nunc in
ecclesia episcopi locum tenent. soluendi ac
ligandi auctoritatem suscipiunt. qui
gradum regiminis sortiuntur; gran
dis honor. sed graue pondus istud est
honoris; Durum quippe est ut qui nescit
tenere moderamina uitae suae. iudex
uitae fiat alienae; et plerumque contin
git ut hic iudicii locus teneat. cui ad
locum uita minime concordat.
ac saepe agitur. ut uel damnet imme
ritos. uel alios ipse ligatus soluat;
saepe in soluendis ac ligandis subditis suae
uoluntatis motus. non autem causarum merita
sequitur; unde fit ut ipsa hac ligandi
et soluendi potestate se priuet. qui hanc
pro suis uoluntatibus. et non pro subiec
torum moribus exercet; saepe fit ut erga
quemlibet proximum. odio uel gratia
moueatur pastor; Iudicare autem digne
de subiectis nequeunt. qui in subditorum
causis sua uel odia uel gratiam
sequuntur; unde recte per prophetam
dicitur; mortificabant animas quae non que non moriuntur. et uiuificabant animas
uiuunt; non morientem quippe mortifi
cat. qui iustum damnat; et non uictu
rum uiuificare nititur. qui reum sup
plicio absoluere conatur; causae ergo
pensandae sunt. et tunc ligandi atque soluen
di potestas exercenda; uidendum
quae culpa aut quae sit paenitentia secu
ta post culpam. ut quos omnipotens deus per conpunc
tionis gratiam uisitat. illos pastoris sen
tentia absoluat; tunc enim uera est
absolutio praesidentis. cum interni arbi
trium sequitur iudicis; quod bene quadri
duani mortui resuscitatio illa signifi
cat. quae uidelicet demonstrat. quia prius
mortuum dominus uocauit et uiuificauit dicens;
Lazare ueni foras; et postmodum is qui uiuens
egressus fuerat. a discipulis est solutus sicut
scriptum est; cumque egressus esset qui fuerat
ligatus institis tunc dixit discipulis soluite eum

& sinite abire; ecce illum discipuli iam ui
uentē soluunt· quem magister re suscita
uerat mortuum; Si enim discipuli lazarū
mortuū soluerent· fo&orem magis
ostenderent· quā uirtutem; & qua
consideratione intuendū est q(uod) illos nos
debemus p(er) pastoralem auctoritatem
soluere· quos auctorem n(ost)r(u)m cognoscimus
p(er) suscitantē gratiam uiuificare;
que nimirum uiuificatio ante operatio
nē rectitudinis· in ipsa iā cognoscitur
confessione peccati; unde & huic ipsi mor
tuo lazaro nequaquā dicitur· reuiuis
ce· sed ueni foras; omnis quippe pec
cator dum culpam suam intra consci
entiam suam abscondit· introrsus la
t& in suis penetrabilibus occul
tatur; sed mortuus uenit foras· cum
peccator nequitias suas sponte confitet(ur);
Lazaro ergo dicitur· ueni foras· ac si
aperte cuilib& mortuo in culpa di
cer&ur· Cur reatum tuum intra
conscientiā abscondis; foras iā per con
fessionē egredere· qui apud te inte
rius p(er) negationem lates; ueniat itaq;
foras mortuus· id est culpam confiteat(ur)
peccator; uenientem uero foras· soluant dis
cipuli· ut pastores ecclesiae ei penā debeant
amouere quā meruit· qui non erubuit confi
teri q(uo)d fec(it); haec de solutionis ordine breuit(er)
dixerim· ut sub magno moderamine pastores

ecclesiae uel soluere studeant uel ligare; sed
utrū iuste an iniuste oblig& pastor, pastoris
tamen sententia gregi timenda est· ne is
qui subest· & cum iniuste forsitan ligatur·
ipsam obligationis suae sententiam ex alia
culpa mereatur; pastor ergo uel absol
uere indiscr&e timeat uel ligare; is autē
qui sub manu pastoris est· ligari timeat uel
iniuste· nec pastoris sui iudicium temere
reprehendat· ne & si iniuste ligatus est·
ex ipsa tumidae reprehensionis superbia·
culpa que non erat fiat; sed quia haec bre
uit(er) per excessum diximus· ad expositionis
ordinem redeamus; thomas autē unus
ex duodecim qui dicitur didymus non erat
cū eis quando uenit ih(esu)s; iste unus
discipulus defuit· reuersus quod ges
tum est audiuit· audita credere renuit;
uenit iterum d(omi)n(u)s· & non credenti disci
pulo latus palpandum prebuit· manus
ostendit· & ostensa suorū cicatrice uulnerū·
infidelitatis illius uulnus sanauit; quid fr(atre)s
carissimi· quid inter haec animaduerti
tis· numquid casu gestum creditis· ut
electus ille discipulus tunc deess&· post
autē ueniens audir&· audiens dubitar&·
dubitans palpar&· palpans creder&;
non hoc casu· sed diuina dispensatione
gestū ē; egit namque miro modo superna
clementia· ut discipulus dubitans· dum
in magistro suo uulnera palpar& carnis·

in nobis uulnera sanaret infidelitatis; Plus
enim nobis thomę infidelitas ad fidem,
quam fides credentium discipulorum
profuit; quia dum ille ad fidem
palpando reducitur, nostra mens omni
dubitatione postposita in fide solidatur;
Sic quippe discipulum post resurrectionem
suam dubitare permisit, nec tamen in du
bitatione deseruit. Sicut ante natiui
tatem suam habere mariam sponsum
uoluit, qui tamen ad eius nuptias non per
uenit; Nam ita factus est discipulus du
bitans et palpans testis uerę resurrecti
onis, sicut sponsus matris fuerat custos
integerrimę uirginitatis; Palpauit
autem et exclamauit: dominus meus et deus meus;
Dicit ei ihesus: quia uidisti me credidisti.
Cum paulus dicat: est autem fides sperandarum
substantia rerum, argumentum non appa
rentium; profecto liquet quia fides illa
rum rerum argumentum est quę apparere
non possunt; quę etenim apparent, iam
fidem non habent, sed agnitionem; Dum
ergo uidit thomas, dum palpauit, cur
ei dicitur: quia uidisti me credidisti?
Sed aliud uidit, aliud credidit; A morta
li quippe homine diuinitas uideri non
potuit; hominem igitur uidit et deum
confessus est dicens: dominus meus et deus meus;
uidendo ergo credidit, qui considerando
uerum hominem hunc deum quem uidere non

poterat exclamauit; Lętificat ualde
quod sequitur; Beati qui non uiderunt
et crediderunt; In qua nimirum sententia
nos specialiter significati sumus, qui eum
quem carne non uidimus mente retinemus;
nos significati sumus, sed si fidem nostram
operibus sequimur; ille etenim uere credit
qui exercet operando quod credit;
quo contra de his qui fidem nomine tenus
retinent, paulus dicit: confitentur
se nosse deum, factis autem negant; hinc
iacobus ait: fides sine operibus mortua
est; hinc ad beatum iob de antiquo
hoste generis humani dominus dicit; Absor
bebit fluuium et non mirabitur, et ha
bet fiduciam quod influat iordanis
in os eius; quid enim per fluuium
designatur, nisi humani generis fluxus,
quod uidelicet genus ab ortu ad finem
defluit, et quasi aquę more usque ad con
petentem terminum ex carnis liquore
percurrit; quid per iordanem, nisi bap
tizatorum forma signatur; quia enim
in iordane flumine ipse auctor re
demptionis nostrę baptizari dignatus
est, recte iordanis nomine eorum multi
tudo exprimitur qui intra sacramentum
baptismatis tenentur; antiquus ergo hos
tis generis humani fluuium absorbuit,
quia a mundi origine usque ad redemp
toris aduentum uix paucis electis eua

dentibus. in uentre suae maliciae genus
humanum traxit. de quo et dicitur; ab
sorbebit fluuium et non mirabitur; quia
pro magno non habet cum infideles rapit;
sed graue est ualde quod subditur; et habet
fiduciam quod influat iordanis in os eius;
qui postquam infideles quosque a mundi
origine rapuit. adhuc se posse suscipere
etiam fideles praesumit; Nam ore
pestiferae persuasionis eos cotidie deuorat.
in quibus a confessione fidei
reprobae uitae discordat; hoc ergo fratres
carissimi tota intentione pertimesci
te. hoc apud uos sollicitamente cogita
te; ecce paschalia sollemnia agimus.
sed ita uiuendum nobis est. ut peruenire
ad aeterna festa mereamur; Transe
unt cuncta quae temporaliter festiua
celebrantur; curate qui his sollem
nitatibus interestis. ne ab aeterna sol
lemnitate separemini; quid prodest
interesse festis hominum. si deesse con
tingat festis angelorum; umbra uen
turae sollemnitatis est. sollemnitas
praesens; Idcirco hanc annue agimus.
ut ad illam quae non est annua sed
continua perducamur; cum haec statuto
tempore geritur. ad illius desiderium
memoria nostra refricetur; frequen
tatione ergo gaudii temporalis.
ad aeterna gaudia mens incalescat

et ferueat. ut quae ueritate laetitiae perfruatur
in patria. quod de umbra gaudii meditatur
in uia; uitam igitur uestram fratres moresque
conponite; Isquimitis resurrexit a mor
te. quam districtus in iudicio ueniat per
uidete; certe in die tremendi examinis iste
cum angelis et archangelis. cum thro
nis et dominationibus. cum principatibus.
ac potestatibus apparebit. caelis ac terris
ardentibus. cunctis uidelicet elementis in suo
obsequio terrore commotis; hunc ergo
tanti pauoris iudicem ante oculos poni
te. hunc uenturum timete. ut hunc cum
uenerit. non timidi. sed securi uideatis;
Timendus ergo est. ne timeatur; terror
eius. nos ad usum bonae operationis ex
erceat; metus illius. uitam nostram a
prauitate compescat; mihi fratres credite.
quia tanto tunc erimus securi de eius
sententia. quanto nunc esse satagimus
sus pecti de culpa; certe si aliquis
uestrum cum suo aduersario causam
dicturus in meo iudicio die crastino esset
exhibendus. tota fortasse nocte insom
nem duceret. quid sibi dici posset. quid ob
iectionibus responderet. secum sollici
ta et aestuante mente uersaret; ne me
inuenire asperum. uehementer metueret.
ne apud me apparere noxius formida
ret; et quis ego. aut quid ego. nimirum
non longe post futurus post hominem

uermis· atque post uermem puluis;
Si ergo tecnta cura pertimescitur iu
dicium pulueris· qua intentione cogi
dine pui
tandū quā formidendum est tante
iudicium maiestatis; Sed quia sunt non
nulli qui de resurrectione carnis in
certi sunt· & tunc rectius docemur
si & iam cordium uestrorum questio
nib; occultis occurrimus. pauca nob de
ipsa resurrectionis fide loquenda sunt;
multi & eni sicut & nos aliquando fuimus.
dum carnem in putredinē. ossaq; in
puluerē redigi per se pulchra conspi
ciunt· reparari ex puluere carnem
& ossa diffidunt; sicque secum quasi
ratiocinanter dicunt; quando ex pul
uere homo reducitur· quando igitur
ut cinis animetur? quibus breuit
respondemus; quia longe minus est
dō reparare qd fuit· quam creasse
qd non fuit; Aut quid mirum si homi
nem ex puluere reficit· qui simul om
nia ex nihilo creauit? mirabilius nā
que est celū ac trā ex nullis existenti
bus condidisse· quā ipsū hominē ex te
ra reparare; Sed cinis adtenditur
& in carnem redire posse disperatur·
& diuine operationis uirtus compre
hendi quasi ex ratione querit; qui sci
lic& hec idcirco in suis cogitationib;
dicant. quia eis cotidiana di miracu

la· ex assiduitate uiluerunt; nā ecce
in uno grano paruissimi seminis·
lat& tota que nascitura est arboris
moles; constituamus namque ante
oculos cuius lib& arboris mira magni
tudinē· cogitemus unde oriendo cepit·
quae ad tantā molem crescendo pue
nit; inuenimus pculdubio eius originē·
paruissimum semen; consideremus
nunc ubi in illo paruo grano seminis·
lat& fortitudo ligni· asperitas corti
cis· saporis odorisque magnitudo· uber
tas fructuum· uiriditas foliorum; con
trectatum nāque seminis granum
non est ualidum; unde ergo processit
ligni duritia? ñ est asperū unde asperi
tas corticis erupit; non ē saporū unde
sapor in fructib; olfatū nihil redol&;
unde odor in fructibus flagrat; Nil
in se uiride ostendit· unde foliorū uiri
ditas exiuit; Cuncta ergo in semine
simul latent· que tam ñ simul ex semine
pdeunt; ex semine quippe pducitur
radix· ex radice pdit uirgultū· ex uir
gulto orit fructus; in fructu & iam
pducit sem; addamus ergo quia & sem
lat& in semine; quid igitur mirū si os
sa neruos carnē· capillosq; redu
cat ex puluere· qui lignum fructus·
folia in magna mole arboris· ex
paruo cotidie semine restaurat;

cu ergo dubitans animus de resurrectio
nis potentia rationem quaerit. eorum
rerum ei quaestiones inferende sunt. que
& incessanter fiunt. & tamen ra
tione conprachendi nequaquam possunt;
ut dum non ualet discussione rei penetrare
quod conspicit. de repromissione diuinae
potentiae credat quod audit; Illa ergo
uobiscum frs carissimi promissa cogitate
quae permanent; quae uero cum tempore
transeunt. uelut iam dimissa despicite;
Ad huius resurrectionis gloriam quam
in se ueritas ostendit. tota intentione
festinate. terrena desideria quae ab auc
tore separant. fugite; quia tanto al
tius ad conspectum di omnipotentis
pertingitur. quanto mediatorem di &
hominum singulariter amatur; qui
cum patre in unitate sps sci
uiuit & regnat ds per omnia secula
seculorum; amen; INCIPIT SERMO
DE PASCHA DNI SCI EUSEBII EPI
DE [illegible] VIII KL. [illegible];

Exultet caelum & in laetitia esto terra;
dies iste amplius nobis ex sepulchro
radiauit. quam de sole refulsit; ouet
infernus. quia resolutus est; gaudeat;
quia uisitatus est; Resultet. quia ignotam
lucem post secula longa uidit.
& in profundae noctis caligine respirauit;
O pulchra lux. quae de candido celi
fastigio promicasti; et inter fluenta
purpurea sedentes in tenebris & um
bra mortis. subito claritate uestisti;
confestim igitur aeterna nox inferorum
xpo discendente resplenduit. siluit stri
dor illelugentium. dirupta ceciderunt
uincula damnatorum; Attonitae men
tes obstipuere. tortorum omnis simul
impia officina contremuit. cum xpm
repente in suis sedibus uidit; mox igitur
ferruginei ianitores discendente xpo.
taetra inter se caeci umbrosa silentia
metu incubante submurmurant; quis
nam est inquiunt iste terribilis & niueo
splendore choruscus. numquam ta
lem noster excepit tartarus. num
quam in nostra cauerna talem euomuit
mundus; Inuasor est iste non debitor.
effractor est non peccator; iudicem
uidemus. non supplicem; pugnare uenit
non succumbere; eripere non manere;
ubi nam putatis socii nri ac ianitores
dormierunt. cum iste debellator
claustra uexabat; iste si reus esset
audax non esset; si cum aliqua delicta
fuscarent. numquam fulgore suo nras
tenebras dissiparet; sed si ds. ut quid huc
uenit; si homo est. quid praesumpsit;
si ds quid in sepulchro fecit; si homo
quare captiuos soluit; numquidnam
iste cum auctore nro conposuit;
An forte & ipsum aggressus uicit;

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg